huc usque tractasse. deo patri omnipotenti
maximas adque uberes gratias agentes. Per dominum
Filii eius nostrum ihesum christum. qui uiuit & regnat.

DE BENEDICTIONE IACOB.

UOCAVIT AUTEM
IACOB FILIOS SUOS. ET DIXIT
illis. Accedite. ut indicem uobis
quid occurrat uobis in nouissimis diebus.
Conuenite & audite filii iacob. audite israel
patrem uestrum. Ruben inquid primogenitus
tu uirtus mea. & initium filiorum meorum.
durus in conuersatione. durus & audax. effer
buisti sicut aqua. non excandescas. Ascen
disti enim super cubile patris tui. tunc uiolas
ti thorum que ascendisti. In his itaque u
bis. quedam licet secundum carnem gesta sint.
sed mystice rationis imagine portende
bant. quedam uero futurum prescius loquebatur.
Ut enim Ruben primogenitus fuit filius israel.
ita & primogenitus populus ex circumcisione

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Universiteit Leiden
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Universitaire Bibliotheken Leiden
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/ublei_bpl196/0046